Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uespa eet hora: exiit in bethaniam cum duo de
cim. Et alia die cum exirent a bethania esuriit.
Cumq; uidisset alonge ficum habentem folia:
uenit siquid forte inueniret in ea. Et cum ue
nisset ad eam: nichil inuenit preter folia. Non
enim erat tempus ficorum. Et respondens dixit
ei. Iam non amplius in eternum quisquam
ex te fructum manducet. Et audiebant disci
puli eius. Et uenerunt iherusalem. Et cum in
troisset in templum: cepit eicere uendentes
et ementes in templo: et mensas nummulari
orum. et cathedras uendencium columbas ei
cit: et non sinebat ut quisquam transferret
uas p templum. Et docebat dicens eis. Nonne
scriptum est. quia domus mea domus orationis
uocabitur omnibus gentibus. Vos autem fe
cistis illam speluncam latronum. Quo au
dito: principes sacerdotum et scribe querebant
quomodo illum perderent. Timebant enim eum:
quoniam uniuersa turba admirabatur sup
doctrina eius. Et cum uespa eet facta: egredie
batur de ciuitate. Et cum mane transirent:
uiderunt ficum factam aridam a radicibus. Et
recordatus petrus dixit ei. Rabbi: Ecce ficus
cui maledixisti aruit. Et respondens ihs: ait
illis. Habete fidem dei. Amen dico uobis: quia